

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.l.], [9. Jh.]**

Lesung aus dem Evangelium nach Matheus

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

.. pauperem. deuotio faceret

cum omnibus certat. Et tamen  
nescierunt tale qui uicti sunt.  
quale nunc qui prouocantur  
nouerunt. Quare taceant  
steriles. aridi conticescant.  
infructuosi aut mutentur aut  
sileant. uidua quod fecit non  
didicit. & steriles cotidie  
discunt & non faciunt.

Quaesiuit uidua quomodo possit  
praesentem dñm promereri.  
quaesiuit quomodo possit potior  
diuitibus inueniri. inuenit  
causam. inuenit consilium.  
ut quam natura fecerat diui-  
tibus potiozem. Et ne possit  
quisquam non habendi excusa-  
tione purgari. gratuita mise-  
ricordiae indicantur officia.  
ut ostendatur dñm etiam  
ipsis pauperibus operandi in-  
posuisse obsequia. Calicem  
frigidae prophete porrigere.  
praemium prophetae pro-  
mittitur. aegrotum uel con-  
stitutum fratrem in carcere uisi-  
tare. dñm uisitare est. Sicut  
ipse dñs dicit. ut possit ex gratuita  
promereri. quid substantia  
non potest misereri. ut iam  
constet pro qualitatibus homi-  
num. misericordiae non debere  
cessare officia. ut operantibus  
possint praemia dispensari celestia.

Vt cum cooperint misericordes  
expungi. & steriles condem-  
nari. & misericors quam miser-  
tus est gaudeat. & sterilis  
poenas quas non sperauit inueniat.

**LIC SĒI IŪA SĒC MATH.**

**I**n illo temp. Dixit ih̄s discipulis  
suis parabolam hanc. Simile  
factum est regnum caelorum. homini  
qui seminauit bonum semen in agro suo. & reliq.

**SERMO EXCOMMUNIAR  
BIATI HIRO NIMI DE HA  
DEM LECTIŌN**



**L**iam parabolam  
proposuit illis  
dicens. Simile  
factum est regnū  
celorum homini  
qui seminauit  
bonum semen

in agro suo. Cum autem dor-  
mirent homines. uenit inimi-  
cus eius & super seminauit  
zizania in medio tritici. & reliqua.

**H**aec secunda parabola est cum  
inter praetatione sua non statim  
posita. sed inter iectis aliis para-  
bolis edisserata. Hic enim  
proponitur. & post ea dimissis  
turbis uenitur domum. &  
accedunt ad eum discipuli  
eius rogantes. disserere nobis  
parabolam zizaniorum agri. et itaq.  
Non ergo debemus praepropero